

na Romanis odiosa habere commune; nihil illas ab ista pendere, ut defendi a Gallis Praesulibus possint. *Libertates perinde tuemur, si de Concilio generalis novis Decretis, ac si de Romani Pontificis Constitutionibus agatur. . . . Non est cur haec in ea regula, qua Romanis stomachum movet, & qua rebus nostris non prospicit, ut par est. Pruarur Summus Pontifex aut aequo jure cum Conciliis generalibus, aut etiam superioribus: Illud unum in foro expendatur, an nova constitutio vel novum rescriptum rebus Gallicanis prospiciat, aut nocent.*

Sed quaevis Gallicanos illos Episcopos seu ratio, seu simulatio moverit, ut suam illam doctrinam Declarationem iis in Comitibus evulgarent; non ideo tamen Academia Parisiensis ea occasione ab avita quam tenuerat haec doctrina, dato veluti sacramento deflexit. Perspectum etenim omnibus est, eam in iis condendis doctrinae articulis, partem habuisse nullam; & in acceptanda Cleri Declaratione, dum ad ipsam Regis Christianissimi jussu transmissa est, vim non modicam passam esse. Cum enim Senatus Princeps Regique Cognitores, ad Academiae Comitibus se contulissent, sanctos doctrinae Articulos, a Doctoribus recipi, & in publicas Academiae tabulas referri curarent; tam acres inter Doctores excitationes fuerunt turbas, diffidia tanta, ut re infecta Senatus Princeps abcesserit. Tum post dies aliquot, non expectata Magistrorum deliberatione, nulloque illorum assensu quasto, in supremam Senatus Curiam advocatus est publicus Academiae Notarius & Scriba, die 16. Junii, missisque quibusque formulis, Cleri Gallicani Declarationem, Academiae tabulis inscribere jussus est. Quae cum ita sint gesta, quis quae memoratos articulos de potestate Ecclesiastica, ab Academiae Magistris probatos receptosque dicat? Quod vero postea Baccalarei, qui studium licentiae decurrerant, illos ipsos articulos, per aliquot annos, Thesis suis inscripserint, ac etiam propugnarint, ut possent ad Magisterii gradum promoveri; non Academiae statum aut jussu, sed debitum Regi Christianissimo obsequium fecit; qui ita, supplicante Clero, solenni Edicto mandaverat Menle Martio.

## XVII.

**S**ED quis tandem edita Declarationis exitus fuit, quae statutorum in ea articulorum for-

tuna? Egre dico, dico tamen, quia dissimulari non potest, Penituit non multo post Cleri Praesules suscepti consilii sui, veniamque a Summo Pontifice rogare coacti sunt. Cum enim eorum qui Comitibus illis ex utroque Ordine Ecclesiastico interfuerant circiter quadraginta, ad Sedes Episcopales, seu novas, seu altiores, ex Regis Christianissimi nominatione designati fuissent; ut desideratum Diploma Pontificium ab Innocentio XII. obtinerent, supplices ei anno 1692. dederunt litteras; quibus praemissa pro suscepto recens Pontificatu gratulatoria salutatione, dolere se ex corde profitebantur, ac ultra quam dici potest, quod in Comitibus suis anni 1682. nonnulla statuta fuissent, quae Sanctitati suae displicerant; De qua quidem excusationis formula, Romae inter summi Pontificis, & Regis Christianissimi administratos conventum erat; Eminentissimos scilicet Principes, Franciscum Albani, & Baldinum Panciatici, Pontificis nomine, & Casarem Destrees, necnon Tuscanum Janson de Forbin, nomine Regis. Ac tum postea accepta ab optimo Pontifice excusatione illa episcopali, ex Ludovici Magni indulgentia, latum pridem edictum, quo statutorum Articulorum defensionem in omnibus Regni Academiae imperaverat, effectum caruit; suoque Baccalarei quique arbitrio permitti sunt.

Quemcumque tamen habuerit exitum ea Cleri Gallicani periclitatio, ineptum sane fuerit, doctrinae Declarationem Comitibus illis generalibus factam, Ecclesiae Gallicanae universae definitionem vocitare, Nec enim universam Galliarum Ecclesiam, satis, ad ferendam de Ecclesiastica Conciliorum atque Pontificum potestate sententiam, representabat Coetus ille; ad quem non accesserant Episcopi numero longe plures, imo nec advocati fuere, qui suffragii jure potiri, in tanti momenti causa debuissent. Nec qui ad eum ex variis Regni Provinciarum Praesules a suis Comprovincialibus missi sunt, ullam de quacumque doctrina judicandi, pronuntiandi, definiendi praescriptam auctoritatem a suis Collegis acceperant. Ridendique illi sunt, qui Comitibus illa, superbo Concilii Nationalis titulo cohonestarunt, ut majorem illis conciliarent sancienti, definiendique auctoritatem.

INDEX  
MATERIARUM.

**A**cademia. Academia Parisiensis Tractatum Theologicum edit, exhibitque Clementi VII. quo Romani Pontificis, in ferendo de fide judicio, infallibilitatem propugnat ac probat. pag. 57  
Eadem ab alumnis suis juramentum exigit, quo protestantur, nihil se dicturos aut scripturos, quod Decretis Summorum Pontificum adversetur. 59  
Ejusdem privati Doctores, tam veteres quam recentes bene multi, Pontificia infallibilitatis defensores. 60  
Ejusdem Declaratio Regi Christianissimo exhibita anno 1663. circa Romanorum Pontificum infallibilitatem, explicatur. 61  
Ejusdem in Amadeum Guinenium lata Censura anno 1665. perinde exponitur. 61  
Eadem illa Propositionem Marci Antonii de Dominis, Pontificis infallibilitati derogantem, aequa Censura conficitur. 59  
Nullam in edenda Cleri Gallicani Declaratione, de potestate Ecclesiastica, partem habuit anno 1682. 62  
Aeneas Silvius. Vide Pius II.  
Africanus de rebaptizandis Haereticis. Vide Stephanus I.  
Agatho Rom. Pontifex ex Christi D. Oratione pro Petro facta, infallibilitatem colligit illius Successorum. 9  
Albertus Magnus ex eadem Oratione pro Petro facta, eandem Successorum illius colligit infallibilitatem. 10  
Alexander III. R. P. ab errore excusatur in Cap. cum esset, de Testamentis. 24  
Alexander (Natalis) resellitur, occasione fidei professionis, Armenis proposita a Clemente VI. 15  
Idem Card. Loharingum resellit, falso iactantem Concilium Florentinum in Gallis non esse receptum. 54  
Quam ingenue fateatur, sententiam a se propugnatam de summa Conciliorum in summis Pontificis auctoritate, nihil ad fidem, & vires attinere. 61  
Alvaresius (Petrus.) coram Clemente VII. perorans resellitur. 41  
Appellationes a R. R. Pontificum iudiciis interpositae, ipso jure nullae. 40  
Appellationes ad futurum Concilium, non modo injuriae, verum etiam illaetiae. 51  
Funes illae sunt, & imprudentes. 61  
Appellationem Donatistarum a iudicio Melchiadis nunquam probavit Augustinus. 20  
Asterius de die Paschalis celebrandi. Vide Victor.  
S. Augustinus ex Christi D. pollicitatione Petro facta, Matth. 16. R. R. Pontificum indeficientiam colligit. 12  
Idem, Romani Pontificis tribunal in Causa fidei postremum agnovit, a quo non liceat appellari. 16. 41  
S. Avitus Viennensis Romanos Pontifices etiam cum scandalis delinquentes solius Dei iudicio subesse docet. 43. 56.

## B

**B**ernardus Romanorum Pontificum infallibilitatem probat, ex Christi D. Oratione pro Petro facta. 10  
Idem a Pontifice non vult ad alterum tribunal appellari, sed ad illum ipsum melius informandum. 41  
Bessarion Patriarcha Constantinop. disertissime protestatur, Romanam Ecclesiam ceterarum omnium principem, sed non Petri tenentem temper ac predicasse; nullamque abique illius auctoritate fidei questionem finiri posse. 43

Bonifacius IV. acri ac vehementi S. Columbani Epistola impetitur, per falsi obreptionem. 33  
Bonifacius VIII. numquam sensit, multo minus definiit, omnia Regna mundi Romanis Pontificibus subesse in temporalibus. 26  
Bonifacius IX. quas Indulgentias concesserit Mediolanensibus ex Dominio Vicecomitum. 61  
Bulla Unam Sanctam, a Clemente V. minime revocata, sed emollita duntaxat in Capite meruit. 61.

## C

**C**oelestinus I. Romanus Pontifex formulam damnationis in Nestorium ferendam praescribit Concilio Ephesino. 37  
Caelestinus III. Consultatio Laudabilem, de Conversione Conjugatorum, R. R. Pontificum infallibilitatem nihil officit. 24  
Cassini Monachi Historia quam lubrica fidei. 25  
Capitula tria. Vide, Vigilius Rom. Pontifex.  
Caelestine haereticum. Vide Zozimus R. Pontifex.  
Chilidricus Galliarum Rex, a Solio dejectus, a generalibus Regni Statibus, tamen imperium ille Princeps esset, statibusque superior. 44  
Clementis IV. Rescriptum Casae Dei Abbati datum de Privilegiis Monasteriorum explicatur. 31  
Clemens V. Decretalem Unam Sanctam non rescidit, sed emollivit duntaxat in Capite meruit in gratiam Regni Galliarum. 26  
Clemens VI. fidei professionem Armenis subscribendam proponit, si velint ex integro Ecclesiae Romanae conlociari. 15  
Idem se se in fide fallibilem non existimavit, dum ex tribunali sententiam diceret. 61  
Ejusdem Testamentum in mortis vicinia conditum explicatur. 30  
Clementis XI. Consultatio Unigenitus explicatur, & cum Orthodoxa D. Augustini Doctrina conciliatur. 28  
Clerus Gallicanus Meloduni generalia Comitibus celebrans anno 1579. R. R. Pontificum infallibilitatem agnovit. 58  
Idem ad Innocentium X. semel ac iterum scribens in Causa Janfeniana, eandem infallibilitatem disertissime protestatur. 60  
Idem anno 1682. Declarationem edens de potestate Ecclesiastica, novos de Pontificia infallibilitate sensus induit. 61  
Quae subinde Declarationis hujusce fortuna fuerit, enarratur. 62  
S. Columbanus a Schismaticis trium Capitulorum defensoribus circumventus, acem ad Bonifacium IV. Epistolam scribit, nulla ratione ferendam. 33  
Concilium Oecumenicum bisitan accipi potest: Primo, ut complectitur universos Episcopos in coetum vocatos, simulque Pontificem qui illi praesit: Secundo, ut solos complectitur Episcopos, Pontifice minime computato. 35  
Conciliorum Oecumenicorum Divina auctoritas non facit, ut Romanis Pontificibus superiora sint auctoritate ac potestate. 45  
Concilium Oecumenicum in solos complectitur Episcopos, praesio Pontifice, non est infallibile, nec Divina auctoritatis, irreformabile. 46  
Nullum unquam Concilium Oecumenicum in Romana Pontificem auctoritatem exercuit, aut potuit exercere, excepto casu haereticis. 42. 43  
Quibus Conciliorum Canonibus sese adstrictos dixerint Romani Pontifices, & quo sentit. 38  
Concilia Oecumenica, quondam & cur sunt aliquando necessaria in Ecclesia. 33  
Concilium Arelatense Melchiadis iudicium recognovit, in materia facti privati, ac mere personalis, non juris & dogmatis. 26. 47  
Concilii Baluensis auctoritas nulla, ex quo ab Eugenio IV. schisma fecit. 54  
Concilium Capuanum in Causa Bonifacii Sardicenis Episcopi quid egerit. 48

**C**oncilium Chalcedonense quam reverenter & obsequiose D. Leonis R. P. Epistolam ad Flavianum datam accepit. 38  
 Examen seu iudicium Chalcedone factum de laudanda D. Leonis Epistola, non fuit dubie veritatis inquisitio, sed cognita jam probataque veritatis confirmatio. 39. 47  
**C**oncilium Complutense Petram Oxoniensem damnat, quod Ecclesiam Urbis Romae errare posse diceret. 8  
**C**oncilii Constantiensis Decreta quarta & quinta Sessionis explicantur. 33  
**C**oncilium Ephesinum sententiam depositionis in Nestorium pronunciat, *causam* per Epistolam Celestini R. Pontificis. 38  
**C**oncilium Romanum anni 500. *Falsum* vulgo dictum, in causa Symmachi R. P. de violata Castitate accusati, iudicium ferre renuit. 43  
**C**oncilium Romanum alterum anni 800. in causa Leonis III. iudicium perinde ferre recusat. *ibid.* 56  
**C**oncilium Sinuesanum in Causa Marcellini R. P. commentitium. 23. 44  
**C**onstantinus Magnus appellationem Donatistarum a iudicio Melchias R. Pontificis excusat; recipit tamen repugnantem animo, ad illorum audaciam coercendam. 41  
**C**ura Pastoralis universalis Ecclesiae Petro data a Christo Domino. Ex ea momentum ineluctabile petitur ad R. R. Pontificum infallibilitatem comprobendam. 13  
**D. Cyprianus** ex pollicitatione Petro facta, Romanae Sedis Romanorumque Pontificum infidelitatem in fide colligit. 12  
 Idem in Controversia de rebaptizandis haereticis, contra Stephanum I. suscepta, nonnihil humani passus est: quia non ex integro exculitur a Divo Augustino. 19. 20

D

**D**amasus Rom. Pontifex supremam in Concilio secundum Oecumenicum auctoritatem exercit, illius jurisdictionem certis limitibus circumscriptendo. 37  
**Dionysius** Alexandrinus, Baptismum ter injecta in caput arena collatum, ubi non esset aquae copia, nullum dixit: eos tamen qui ita per simplicitatem baptizaverant, nulli poenae addidit. 23  
**De Dominis** (Marcus Antonius) ab Academia Parisiensi damnatus, quod Petrum diceret fidem sapientiae amisisse. 17  
**Dracon** de Villanova (Gabriel.) Causa eius ab Academia Parisiensi suscepta, adversus Senatum Parisiensem. 59

E

**E**cclēsia Romana, ut est Urbis finibus circumscripta, in fide infallibilis est: quia ut talis Mater est & Maestra omnium Ecclesiarum, & centrum unitatis Ecclesiae. 8  
 Eandem illam Romanam Ecclesiam nunquam in fide decessisse, nec esse defecturam docent Patres, tradunt & Canones. 12. 13  
 Quam turpiter secum pugnent, qui cum Ecclesiam Romanam, Urbis finibus circumscriptam, cui specialiter praestit Pontifex, infallibilem fateantur, Pontificem tamen ex Cathedra pronunciantem falli posse contendunt. 8  
**Emodius** Ticinensis Episcopus Symmachum R. Pontificem a Concilio Romano iudicari non potuisset dicit, nisi se ipse illius iudicio permitteret: quia Romani Pontifices a solo Deo iudicari possunt. 43  
**Episcopi** Galliarum a Carolo Magno Romam acti, ut Leonis III. variis accusationibus impetiti Causam iudicarent, idem quoque responderunt. *ibid.*  
**Episcopi** Provinciae Senonensis Concilio Nationali apud Aniam celebrando, ubi de Paschali II. Rom. Pontifice agendum erat, interesse renuunt, ob id maxime, quod R. R. Pontifices, nisi a fide manifeste decesserint, solius Dei iudicio subint. 58  
**Episcopi** in Concilio Oecumenico veri Iudices causarum fidei, non meri Summi Pontificis consilia. 39

F

**F**lavianus in Concilio secundo Ephesino damnatus, inaque Sede dejectus, ad Leonem I. Romanum Pontificem appellat, inaque Sedi restituitur. 62

**Formosus** Rom. Pontifex. Quae illius occasione tragedia peracta est, nihil ad oppugnandam Pontificum infallibilitatem valet. 24  
**Formosi** ordinationes, quo iure quave ratione iterari iudicantur. *ibid.*  
**Franciscanorum** de paupertate controversia, repugnantis in speciem R. R. Pontificum iudicis agitata, Pontificum infidelitatem nihil officit. 27  
**Erasmus** (Joannes) Minister Ulmenis, Clementis XI. calumniator, vulgato famoso Libello, cui titulum fecerat, *Clementis inculcmentia examinata*, fute lateque refellitur, data distincta explicatione Constitutionis *Unigenitus*. 28

G

**G**elasius I. Rom. Pontifex appellationes a prima Sede ad Concilium illicitas declarat: ad ipsam tamen ex omnibus mundi partibus vult appellari. 39  
**Georgius** Trapezuntius Graecus Theologus Romanorum Pontificum infallibilitatem probat ex Christi Domini Oratione pro Petro facta. 11  
**Gratiani** Censura in Gregorio III. responsum, Bonifacio Moguntino Episcopo datum, castiganda. 23  
 Idem in laudanda veterum Pontificum suppositis Epistolis emendatus. 14  
**Gregorius** Magnus Ecclesiae Romanae infallibilitatem probat ex Christi Domini Oratione pro Petro facta in sua mortis pervolio. 10  
**Gregorius** III. R. P. Ecclesiae fidem de Matrimonii indissolubilitate non violavit, dato Responso ad Moguntinum Episcopum. 22  
 Idem homines ab Infidelibus, seu Paganis, seu Iudeis baptizatos, ad cautelam duntaxat rebaptizari iussit, non absolute & ex necessitate. 23  
**Gregori** XI. Testamentum, quo se errori fuisse obnoxium declaravit, exponitur. 31

H

**H**adrianus I. R. P. Sextam Synodum Oecumenicam, Gallis atque Germanis nescientibus, approbaverat atque receperat. 33  
**Hadrianus** VI. quid & quando de Romanorum Pontificum fallibilitate sentierit. 31  
 Hunc sententiam mutasse Pontificem factum, longe est verisimilius. 32  
**Hieronymus**, Eius ad Damasum Expositio Symboli, Gregorio laudata *Causa* 124. quae I. apocrypha: atque ita expungenda illius auctoritas. 14  
**Hincmarus** Rhemensis Archiepiscopus Pontifici infallibilitatis defensor, in Epistola ad Nicolaum I. & in Opusculo de Divorcio Lotharii Regis. 57  
**Honorius** I. R. P. nunquam re ipsa Monothelita fuit, etsi ea in causa ex imprudentia peccarit. 22  
 Eine Anathema dictum sit in septima & octava Synodo Oecumenica, aut quo sensu, quave ratione, diligenter expenditur. *ibid.*  
 Eius ad Sergium data Epistola, a Joanne Abbate illius amanuensi explicatur. *ibid.*  
**Hormidas** R. P. quo sensu Monachorum Seycharum Propositionem, uti haereticam damnarit, quam subinde ut Orthodoxam probavit Joannes II. probaruntque Sacra Concilia. 21

I

**I**gnatius Patriarcha Constantinopolitans, ex Christi Domini pollicitatione Petro facta, Romanos Pontifices Petri Successores, omni terro erate, fidei columnas, bases & fundamenta fuisse probat. 12. & 13  
**Infallibilitas** R. Pontificis, quo sensu propugnanda suscipitur, explicatur. 7  
 Ea R. R. Pontificum, in iudicandis fidei controversiis infallibilis non facit, ut imperant in Ecclesia Concilia Oecumenica. 23  
**Innocentius** I. R. P. in Causa S. Joannis Chrysostomi iudicanda, se Concilio Oecumenico inferiorem professus non est. 48  
**Innocentius** III. Romanorum Pontificum infidelitatem probat, ex Christi Domini Oratione pro Petro facta, in mortis pervolio. 10  
 Idem in neganda solutione Matrimonii Philippi Augusti cum Regina Inseburgi, se Concilio generali inferiorem non dixit. 49  
 Idem qualem Confessionem iusserit referat. 25  
**Innocentius** IV. qualem Confessionem referat voluerit. *ibid.*  
**Joannes** Abbas, Honorii ab Episcopis amanuensis, eandem a Monothelitarum errore vindicat. 22

Joan-

O

**Joannes** Patriarcha Constantinop. ex Christi D. promisso, Petro dato, perennitatem fidei colligit in Sede Apostolica. 12  
**Joannes** XXII. R. P. quamquam in eam sententiam, quae Animarum perfecte purgatarum beatitudinem, ad extremum iudicium demum inclinavit, nihil tamen ea de re definit. 26  
**Calumniae** ea in causa adversum illum structae depelluntur. *ibid.*

**O**ratio Christi efficacissima, ad obtinendam Petro illiusque Successoribus infidelitatem in fide. 59  
**Oxoniensis** (Petrus) in Concilio Complutensi, & a Sixto IV. damnatus, quod Ecclesiam Urbis Romae diceret errare in fide posse. 8

L

**L**anconius (Joannes) refellitur. 38  
**Leo** I. R. Pontifex, ex pollicitatione Petro facta a Christo D. fidei perennitatem colligit in Sede, atque ita in ejus Successoribus, ad illius Sedis assensu iudicantibus. 12  
 Idem Concilii Secundi Ephesini Acta in irritum mittit. 37  
 Idem, data ad Flavianum Epistola, damnationis in Eutychemem ferendae formulam praescribit, Concilio Chalcedonensi. 38  
**Leo** IX. R. P. Sedis Apostolicae, Petrique Successorum in fide infidelitatem probat, ex Christi D. Oratione pro Petro facta. 10  
**Leo** X. Rom. Pontifex varia profert exempla supremae potestatis, a Romanis Pontificibus exercitae, supra Concilia Oecumenica. 37  
**Liberius** R. P. Concilii Ariminensis iudicium rescindit, atque infringit. *ibid.*  
 Idem Arianus minime fuit, quamquam imprudenter professioni fidei Sirmiensi, & D. Athanasii damnationi subscriperit. 20  
**Lotharingus** (Carolus Cardinalis) instat modis omnibus in Concilio Tridentino, ne in praesentibus Romani Pontificis titulis, Concilii Florentini formula usurpetur. 39. & 40  
**Concilium** Florentinum in Gallis minime receptum dicit, inconsiderate ac minus vere. *ibid.*  
**Theologorum** Parisiensium, de suprema Conciliorum Oecumenicorum supra Romanos Pontifices potestate sententiam plus aequo exegerat. 54  
 Ejusdem ad Britonem, suum in Curia Romana procuratorem Epistolae, aut falsa ac supposititia, aut certe inconsiderate, nimioque impetu scripta. 55

M

**M**acharius Antiochenus, alicuique a Sexta Synodo damnati ad Leonem II. appellant. Constantino Pogonato suffragante. 42  
**Maimburgus** (Ludovicus) quibus limitibus Pontificiam infallibilitatem quam impugnat, circumscriptat. 7  
 Idem refellitur. 38  
 Quaecumque jactat ille Pontificum errantium exempla, ex hoc ipso futilia demonstrantur. 52  
**Marca** (Petrus de) quam prudens de appellationibus iudicium tulit. 52  
 Idem, Ecclesiae Gallicanae libertates perinde defendi posse docet, quaecumque sententia tenetur de Concilii praesentia supra Papam, aut Papae supra Concilium. 61  
**Martinus** V. quanam Concilii Constantiensis Decreta probavit. 53  
**Melchias** R. Pontifex Caeilianum iuste absolvit, in Concilio Romano. 20  
**Melchior** Cano quid sentiat de Responso Romanorum Pontificum ad Consulta privatorum. 24

N

**N**iceanum Concilium secundum, tunc tantum a Gallis & Germanis rejectum, dum necdum notum erat, fuisse illud ab Hadriano I. confirmatum. 34  
**Nicolaus** I. Rom. Pontifex Baptisma in solius Christi nomine collatum, validum non dixit ex tribunali. 23  
 Idem ad R. Pontificem undecumque vult appellari, ab ipso nunquam. 40  
**Nobiles** Regni Galliarum Bonifacii VIII. memoriam damnari postulant a Clemente V. Romanum Pontificem indubitatum ac certum errare non posse profitentur; esseque illum Concilio generali superiorem agnoscunt. 58

S

**S**edes. Quid sint, & quomodo a sedentibus & praesidentibus distinguantur. 8  
**Sergius** Episcopus Cyprici, ex Christi promisso Petro dato, colligit Romanos Pontifices Orthodoxae & immaculate fidei doctores esse, a Christo quos. 12  
**Simplicius** R. Pontifex contendit, in Petri Successoribus perennare semper Apostolicae fidei normam, eamque nunquam in illis esse desaturam. 13  
**Siriacus** R. P. in causa Bonifacii iudicanda, se Concilio Capuano inferiorem non dixit. 48  
**Sixtus** V. R. P. in Sacrorum Bibliorum emendatione procuranda & publicanda, non erravit in fide. 27  
**Spondanus** (Henricus) sententiam de suprema Conciliorum supra Pontifices potestate liberam in Gallis

I

Sery Tom. V.

illis fuisse probat, eam sub initium seculi superioris 61  
**Stephanus I. R. P. Vide D. Cyprianus.**  
 Idem in extremum errorem nequaquam incidit; omniumque hereticorum, etiam prescriptam Baptisimatis formam non observantium, Baptisma non approbavit. 19  
 Dammati a Stephano I. Africani, controversiam de rebaptizandis hereticis, Discipline putabant esse non Dogmatis. 18  
 A suo tandem errore respicere, novumque edidere Decretum, Stephani definitioni conforme. 19  
**Stephanus** Episcopus Parisiensis solenne Decretum edit de consilio Magistrorum, quo R. Pontificis infallibilitas commendatur. 57  
**Sylvester II. R. Pontifex**, supremæ Pontificum auctoritati nequaquam injurius. 51  
**Symmachus R. P.** de violata castitate accusatus, a Concilio judicari non potuit, nisi se illius judicio sponte permitteret. 43

## T

**Theodoretus** Episcopus Cyri in Ephesina secunda Synodo damnatus, ad Leonem I. appellat, ejusque appellatio recipitur. 42  
**S. Thomas** Romanum Pontificem ad condendam fidei Symbolum, infallibilem docet. 10  
**Turre cremata** (Joannes de) Cardinalis, rerum Constantiæ gestarum testis locupletissimus, contra quem dari exceptio nulla potest. 53

F I N I S.

## V

**Victor I. Rom. Pontifex** insanas Montani Priscæ & Priscille prophetias numquam probavit. 18  
 Excitata sub Victore Controversia, de celebrandi Paschatis die, discipline, non fidei atque dogmatis causa fuit. *ibid.*  
**Vigilius** Rom. P. unam in Christo personam, duasque naturas semper agnovit, a Nestorianis & Eutychnis ex æquo semper alienus. 21  
 Errore facti dogmatici damnare illa initio renuit, maturo examine nondum adhibito: quæ subinde post accuratum examen, proscripsit atque damnavit. *ibid.*  
**Victoria** (Franciscus) prudenti consilio dato, Principes omnes ab interponenda ad futuram Concilium appellatione deterret. 5f

## Y

**S. Yvo** Carnotensis Episcopus, a Romanæ Sedis judicio appellari non vult: satiusque esse docet, ab ipsam denuo provocare. 41

## Z

**Zozimus** Rom. Pontifex Celestii & Pelagii doctrinam numquam probavit: tamen ex obreptione falsi, commendatitias Litteras ad Africanos Episcopos pro eis dedit; a quibus tamen subinde respicit, late in illos ipsos sententia damnationis. 29

# ROMANI PONTIFICIS PRIVILEGIA Adversus novissimos Osores Vindicata.

D U P L E X    D I S S E R T A T I O  
G U M

D U P L I C I    A P P E N D I C E.

A U C T O R E

F. ALOYSIO M. LUCINO

Ord. Præd. S. Th. Magistro, & in Urbe  
Commissario Generali S. Officii.

E D I T I O    S E C U N D A    A U C T I O R.

In qua Anonymi dissertatio apologetica, seu infallibilitatis Pontificie justis terminis  
circumscripæ explicatio atque defensio expenditur, & refutatur.